

Artikeln entwickelt wird, die gewöhnlich recht eingehend gehalten sind. Von jedem Process sind aber nur die Einwände des Procurators der einen Partei vorliegend. Um die Masse und Verschiedenartigkeit des in den einzelnen Schriften enthaltenen historischen Stoffes zu veranschaulichen, gebe ich das folgende Beispiel in abgekürzter Form:

‘Libellus injuriarum super crimine falso.

Coram vobis re[verendo] p[at]ri d[omino] Ludovico de Ludovisiis, utriusque juris doctore, apostolice sedis prothotario ac sacri apostolici palatii causarum causeque et causis ac partibus infrascriptis a domino nostro papa auditore specialiter deputato, proponit in jure et judicio procurator et eo nomine honorabilis viri domini Henningi Arkenhusen presbyteri Hildensemensis diocesis Ro[manam] cu[riam] sequentis partis sue (sic) contra et adversus quosdam Hermannum Cramer, Langenheneken, Hermannum Remensnider, Godschalcum Struing, Ludolphum de Wetensen, Iohannem Hannem, Hermannum Petri, Hermannum Hemeken, Everhardum Eyershusen aliosque tunc proconsules et consules opidi Alveld Hildensemensis diocesis necnon quamcunque personam aliam pro eis et eorum nominibus legitime intervenientem, et si non per modum solempnis libelli, summarie tamen petitionem simplicisque dicti narrationem ponit, dicit, asserit et, si necesse fuerit, probare intendit ea que sequuntur, ad superfluum tamen probationem se nullatenus astringens, de quo protestatur expresse. In primis enim dictus procurator quo supra nomine dicit, ponit et, si necesse fuerit, probare intendit, quod dictus dominus Henningus ab eo tempore, quo ad annos sue discretionis pervenit¹⁾ — loquendo fuit et hodie est pacificus modestus — ab illicitis actibus et operibus — se abstinens talibus presertim, propter quos seu que — a prefatis Hermannus Cramer etc. — injuriari et injuriam pati meruerit. Et sic fuit et est verum.

— — — — —
‘Item quod dudum causa — inter discretum virum Conradum de Zelde ex una et proconsules et consules opidi Alveld de et super quadam domo sita in ipso oppido — ex altera pendente, ipsi proconsules — certos suos opidanos — cum pleno mandato ad concordandas causas — ad opidum Embicense — miserunt’.

[Legati concordarunt inter Conradum et consules.]

‘Item quod post hoc dicta concordia per proconsules — solempniter fuit ratificata’.

‘Item quod premissis non obstantibus dicti Hermannus Cramer etc. — adversarii — ipsi domino Henningo animo

1) Wo die Gedankenstriche stehen, sind für unsern Zweck überflüssige Worte, Sätze und Artikel ausgelassen.